

municat creaturis, siue per essentiam, siue per vitā,
 siue per sapientiam, siue per iustitiam, quæ omnia in
 deitate vnica, uniformiter, & cõmuniter vniuntur;
 & vnũ sunt in ipsa: sicut pãctum, quod est centri
 circuli, ab omnibus circumferentiæ lineis uniformi-
 ter participatur, & multæ impressiões participant
 formam signi. Veruntamen hæc, & huiusmodi ex-
 pla in cõparabiliter excedit diuinæ simplicitatis im-
 partibilitas. Hæc Dionysius. Qui denuo protestat-
 ur, Quamuis participatiões, effectus deitatis in
 seipsis comprehensibiliter, & diuisim, ac multiplici-
 ter sint, omnia tamen in bonitate diuina sunt inco-
 prehensibiliter cõiunctim, & singulariter, cuius qua-
 liscunq; exempli patet in creaturis. In unitate si-
 quidem, omnis numerus præexistit simpliciter, & in-
 confusè. Vnitas, quoque cū sit impartibilis, & sim-
 plex, omnem numerum in seipsa singulariter conti-
 net, omnesq; numeri in unitate vniuntur: & quan-
 tū ab ipsa procedendo recedunt, in tantum dilacer-
 nuntur; & in multitudine aguntur. Sic; & in centro
 circuli omnes lineæ sunt in primam vniõnem, &
 ipsum centrum vniuersas lineas, a se ad circunferen-
 tiam per totum circuitum procedentes, habet in se
 simpliciter vnitas, ac sibi inuicem; sic & in generali
 omniũ causa omnes rationes, & perfectiões vnũ
 cuiusque naturæ congregantur, & vnũ sunt in con-
 fusè. Hæc Dionysius. Qui hinc inde multa consimilia
 scribit, ex cuius exemplis patet propositum. Cer-
 tū est namq; quod nec in unitate, neque in centro,
 nec in forma signi existit ex natura rei formalis di-
 stinctio numerorum, aut linearum, vel impressiõnis
 formatarum. Præterea, de hac Dei simplicitate, &
 attributorum ex natura rei dicitur, in libro de
 trinitate differunt Augustinus, docet quemadmo-
 dum dempra super beatissimæ trinitatis personali di-
 stinctione, sit omnimoda in Deo vnitas, atque sim-
 plicitas; ita quod Deus est quicquid habet, & idem
 omnino sit esse, viuere, intelligere, esse, & iustum,
 sapiens, omnipotentis; esse cuius verba ante
 iam tacta sunt. ¶ Amplius Damascenus 1. asserit li-
 bro: legitur omnia, quidem hæc, ut oportet bonum, ius-
 tum, sanctum, &c. cõmuniter in deitate sunt susci-
 pienda, & eodem modo, & simpliciter, & impartibi-
 liter, & unitè, non ergo ex natura rei distinctè. Hinc
 denuo factus est 1. 1. primi libri capitulo: In sancta, &
 super substantiali trinitate commune, & unum re-
 consideratur; & cõternum, & idem propter iden-
 titatem substantiæ, & operatiõis, & voluntatis, &
 mentis, & propter potestatis, & virtutis, & bonitatis
 identitatem. Quod autem in eodem libro facetur;
 quod principalis omnibus eorum, quæ de Deo di-
 cuntur nominibus, sit Esse, seu. Qui est, quia hoc tan-
 quam pelagus, quoddam substantiæ infinitum, & in-
 determinatum, totum in se comprehendit, quod sci-
 licet continet Deo, & per eius nomina designatur;
 hoc planè consonat, & concordat iam dictis, quod
 videlicet attributa in Deo ex natura rei non distin-
 guuntur, sed unum omnino consistant, quemadmo-
 dum viuere, intelligere, sapere, non distinguuntur,
 sed indistinctè, & inconfusè continentur, & sunt in
 ipso esse, prout in libro de Causis, atque in Eleme-
 ntatione theologica Procli Platonici diffusius demõ-
 stratur. ¶ Amplius, de hac in cõparabili unitate sim-
 plicitateque Dei, ac omniaria attributorum ipsius,
 identitate in ipso, & ex natura rei, multum profun-
 de, ac euidenter loquitur S. Pater Bernardus libro 3.
 de Consideratiõe: Quid, inquit, est Deus? Qui
 est. Merito, quidem nil competens æternitati, quæ
 Deus est: Si bonum, si magnum, si beatum, si sapiens

tem; vel quicquid tale de eo dixeris instauratur, in
 hoc verbo, quod est. EST. neq; hoc est ei esse, quod
 hæc omnia esse. Si & centum talia addas, non recepi-
 sisti ab esse; si ea dixeris, nihil addidisti: si non dixe-
 ris, nihil minuisi. Hinc super Cantica scribit: In sim-
 plicissima Dei natura habet deitas ipsa, quasi vnũ
 respicere multos, & quasi multos vnũ. Nec ad mul-
 titudinem multus, nec ad paucitatem rarus, nec ad-
 diuersitatè diuersus, nec restrictus ad vnũ. Et enim
 sola increata natura, quæ Deus est, hanc sibi vendi-
 cat meram, singularemque suæ essentia simplicitate,
 ut non aliud, & aliud, non alibi, & alibi, sed ne mo-
 do, quidem, & modo inueniatur in ea. Nempe in se
 metipso manens, quod habet, est; & quod est, se per
 & uno modo est. In ea, & multa in vnũ, & diuersa
 in idè rediguntur, ut nec de numero sitate sumat plu-
 ralitatem, unum in Deo, & vnũ cum Deo vnũ mag-
 nitudine, bonitas, iustitia, sapientia. Nec enim aliunde
 de bono, quã unde magnus; nec aliunde iustus, aut
 sapiens, quã unde magnus, & bonus; nec aliunde de
 nique simul hæc omnia, q̄ unde vnũ, & hoc quoque
 non nisi seipso. Multa dicuntur esse in Deo, & qui-
 dè sanè atq; catholicè, sed multa vnũ. Verbi causa,
 dicimus bonum, magnũ, iustum, & innumera talia;
 sed non nisi omnia vnũ in Deo, & unum cum Deo,
 qui simplex, & vnus est, non unitus: tã simpliciter Deus
 quã vnus. Est aut vnus, quomodo aliud nihil, im-
 pediti pot, vnissimus est, non vnus, ut sol. Si quidem
 idè est semper, & eodè modo: nihil in se nisi se hêt,
 nihil in eo nisi quod ipse. Vnde ad Eugenium papam
 scribit. Inter oia, quæ vnũ rectè dicuntur, arcem te-
 net vnitas trinitatis. Hæc Bernardus. Quibus alludit
 quod in prologion ait Anselmus: Tu solus dices esse,
 quod es. Nam quod aliud est in toto, & in partibus;
 non oia est, quod est. Tu verò es, quod es; quia quic-
 quid aliquado es, aut aliquo modo es, hoc totus, &
 semper es. Et tu es, q̄ ppriè, & simpliciter es, nec po-
 tes cogitari non esse. Tu vita, lux, sapia, beatus, do-
 xternitas, & multa; & tñ nõ es nisi vnũ, & summum
 bonũ. Hinc demũ in Monologion loquit: Palã, quia
 quod dicit bonũ summa natura, sit summè illud est;
 Ipsa ergo est sũma essentia, summa vita, summa rō,
 summa salus, summa iustitia, sũma sapientia, summa
 veritas, sũma bonitas, summa magnitudo, summa
 pulchritudo, summa immortalitas, summa æterni-
 tas, summa maiestas, sũma vnitas; quod nõ est aliud
 q̄ sum me ens, summè viuens, & alia similiter. Quid
 ergo si summa illa natura tota bona est, erit ne cõ-
 posita tã pluribus bonis; an potius nõ sunt plura bo-
 na, sed vnũ solum tã multis nominibus significatũ?
 Cũ ergo diuina illa natura nullo modo cõposita sit,
 & tñ omnino tot bona sit, necesse est, ut oia illa non
 plura, sed vnũ sint. Idè ergo quod dicit vnũ eorum,
 qđ oia, siue simul, siue singula singularim, vt cū di-
 citur iustitia, vel essentia idè significat, quod alia, vel
 oia, vel singula. Quædam dũ itaq; vnũ est, quicquid
 substantialiter de sũma substantia dicitur, ita ipsa vnũ
 nõ, vna consideratione est, quicquid essentialiter est.
 Cũ enim aliq; hõ dicatur, & corpus, & ronalis, &
 hõ, non uno mō, vel vna cõsideratiõe tria hęc dicitur
 hõ aliud enim est corpus, sũ aliud ronalis; & singu-
 lū horũ, nõ totũ hoc, quod homo. Illa vero summa
 essentia nullo mō sic, est aliqd, ut ipsa illud sũm
 aliũ modũ, vel sũm aliã cõsideratiõe non sit; quã
 quicquid alio mō essentialiter est, hoc è totũ, quod
 ipsa est. Hæc Anselmus. ¶ Ex cuius testimonijs euidẽ-
 ter ostenditur omnimoda attributorũ idetitas ex na-
 tura rei, tã inter se, q̄ cum diuina essentia. Hinc sũm
 Boethiũ, Damascenum, & alios oia in diuinis sunt
 vnũ

ab
estobino
.

Aug. in li.
de Trin.

Aug. in li.
de Trin.

Ia. Dam.
lib. 1.

Nota con-
tra Scotũ.

Proclus.

Bernard.

Idè super
Can.

Anselmus
in prolog.

Exod. 3.

Psal. 102.
Idem in
Mono.

Boethius
Damasc.

Boethius
Damasc.